

quia res ad aliquem perfecta sine consensu utriusque contra eundem ascensum petitur et repetitur.

**C**onditio ob turpem causam est per quam repetitur ea que debetur alteri causa non secuta ob quam data fuit si turpitudine tamen ex parte accipientis versetur. Alioquin si ex parte dantis et accipientis repeti non potest. quia in pari causa turpitudinis potior est conditio possidentis. de re. iur. l. vj. Et secundum azo. e. ti. ponit exemplum. Ego debui tibi ut sacrilegium non faceres. Ab hoc enim debuisti abstinere nullo tibi dato. Et ideo etiam causa secuta possum petere quod tibi debui.

**C**onditio ob causam hanc additionem parit res. apud alium constituta. siue ab initio siue iam siue postea prouenit ad eum ex iusta causa. Postea ad instantiam rediit ut cirographum apud creditorem post debiti solutionem recipit. Sed hanc additionem ob causam putant quidam ex contractu prouenisse. quia non competit nisi alij contractus precedant. Alij ex quasi contractu credunt descendere ad si militudinem additionis in debiti quia que ob causam addit actori primum contractum dissoluit.

**C**onditio sine causa competit quando aliquid primo ex iusta causa est apud alterum sed postea per aliquem effectum esse non debet. sicut in mutuum si mihi centum feci tibi instrumentum in quo confessus sum me tibi teneri soluo tibi modo instrumentum obligatorium est apud te sine causa per quam repetam ipsum. Competit ergo conditio sine causa finita causa ex qua res ad aliquem prouenit ex contractu qui iam finitus est. Vnde videtur descendere. Nec inde quod suspirauit adhuc causam subsistendi habere. Item si sine causa penes te res est quam non habes per contractum. Et ita nec ex contractu nec ex maleficio es obligatus in. Etiam locum habet ubique sine causa aliquid est apud te quod mea interest me habere.

**C**onditio triticaria generalis est de alijs rebus omnibus competens propter quam pecunia numerata siue soli mobiles siue immobiles sint. Ideoque fundus et usufructus et cetera seruitutes prediorum per ipsam recte petitur. Rem autem suam nemo petit hac actione nisi ex certis causis ut ex causa furti vel rapine cum itaque generalis haec conditio et additio certi in multis alijs competunt.

**C**onditiones generales semper in pactis includuntur et intelliguntur ut pote. Si deus voluerit. Si res in eodem statu permanserit et similia ut non in glo. verbi intelligenda de rescript. c. ij. et. c. que admodum de iur. iur. cum similibus. Et nota quod conditio in legatis non retro trahit secundum bar. in l. i. §. fui. ff. ad filianum. Et per sua opinio ne facit tex. in l. si filie familias. ff. ex qui. cau. in possessio. eatur.